



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 23. Jesuitæ suas Sententias circa gratiam, & Prædestinationem publice exponentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. „larmini opinionem remittuntur; hic
A.C. 1587. „enim Auctor cum censuris nil com-
 „mune habet, præter opinionem, quæ
 „gratiam sufficientem restringit, & gra-
 „tiæ efficaciam constituit in quadam
 „motive determinante, brevi tamen
 „hic idem Scriptor mutata sententia
 „etiam Lovanii tradidit, quod gratia
 „sufficiens omnibus detur, & gratia effi-
 „cax non sit efficax motio voluntati in-
 „spirata, sed vocatio, circa quam Deus
 „voluntatem esse consensuram scit: de-
 „nique Jesuitæ negant, quod illorum
 „opiniones sancti Augustini doctrine
 „adversentur, nam potius ipsius aucto-
 „ritatem, ejusque testimonia, atque
 „dogmata contra Pelagii errores vene-
 „rantur.

§. XXIII.

*Jesuitæ suas sententias circa gratiam,
 & Prædestinationem publice
 exponentes.*

*Epist. Reç.
 Coll. Soc.
 ad Arch.
 Mechlin' 20.
 Martii 1588.* Insuper Jesuitæ suas opiniones circa
 gratiam, & Prædestinationem expo-
 nebant, contendentes, quod illorum
 doctrina veteris Scholæ Lovaniensis opi-
 nionibus consona foret, si vero ea ho-
 diernis illius sententiis adversetur, id
 ideo factum, quia Universitas alia ad-
 optavit dogmata: præterea alteram
 edebant epistolam Mechliniensi Archi-
 episco-

episcopo in scriptam, in qua accusatio-
num capita, quæ ipsis Lovanienses
Doctores objecerant, falso sibi impu-
tari asserunt, jactitantes, quod propo-
sitiones illæ censuris notatæ ad fini-
strum sensum detortæ fuerint: denique
die vigesima Martii Collegii Rector ad
eundem Præfulem Lessii apologiam
transmisit, quæ a Jesuitis Romæ di-
scussa, atque approbata fuerat, ubi e-
tiam idem Lessius quasdam adjecerat
annotationes in Duacensem cen-
suram: porro ibidem Rector coram Archiepi-
scopo, quod ambæ facultates perpe-
ram Jesuitarum sensum intellexerint,
querebatur, quinimo asserere audebat,
quod nequidem statum quæstionis asse-
cutæ fuerint: dein Archiepiscopum ro-
gabat, quatenus interposita auctoritate
sua utramque Academiam eo adige-
ret, ut præsentibus Gandavensi, ac Mid-
delburgensi Episcopis, necnon veteris
Scholæ Doctoribus juxta ejus arbitrium
seligendis amica disputatio haberetur:
cum vero ejusmodi petitio in novæ
Scholæ injuriam redundaret, hoc col-
loquium nullatenus fuit institutum.

§. XXIV.

Varia scripta contra censuram.

Interea diversa subinde scripta divulga-
bantur, quæ tamen non nisi ad fo-
L. 4 venda

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

*Hist. contro-
de aux. l. 5.
c. 7. p. 17.*